

¶ Iulius. 2. concessit omnibus Christi fidelibus verè penitentibus et confessis in regno Castellæ cōstitutis, qui imaginē Beatæ Mariæ Virginis [quam Moniales Ordinis Sanctæ Cōceptionis in Scapulario, et homines in pectore deferre consueverunt] detulerint, & novies salutationem Angelicam deuotè recitauerint, similes & prorsus easdem Indulgentias consequantur, quas consequerentur, & consequi possent, si decies Salutationem Angelicam in honorem decem virtutum eiusdem Beatæ Mariæ Virginis recitarent. Ex Supplemen. fol. 89. concessio. 254. ¶ Circa hanc concessionem aduerte quod Leo. 10. concessit recitantibus singulis vicibus decies Salutationem Angelicam in honorem gaudiorum & virtutum Beatæ Mariæ non solum decem millia dierum [vt antea concesserat Iulius. 2.] sed etiam decem millia annorum. Ex Supplemen. 10. fol. 63. concess. 204.

¶ Leo. 10. concessit, qd viri deferentes imaginē Cōceptionis Beatæ Virginis, et mulieres Scapulariū eiusdē Ordinis cū prædicta imagine, easdē gratias obtineant & consequantur, quas consequuntur & consequi possunt deferentes Chordam Fratrum Minorum, & Corrigiam Sancti